



~~PH.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-27
SIGNAT. CLVCCCCXIII.

St. Mikkel. alced

THESES
 DEVOTIS
 MONASTICIS

Quas aura numinis divini aspirante,
 CONTRA PONTIFICIOS.

Ad disputationem XXII. in Collegio Studiosorum
 Theologiae privato ad XXIV. Martii in-
 stituendam proponit

M. VDALRICVS NAGEL
 Brandeburgensis.


Respondente

M. CASPARO PAMLERO
 Reichenbacensi,



VVITTEBERGAE, Iiteris VVolfgangi Meisneri.

ANNO cl. l. IVC.



MAGNIFICO, CLARISSIMO
ac Consultissimo Viro, Dn. JOANNICO-
PO, J. V. D. Illustrissimi Principis ac Domini,
Domini JOHANNIS GEORGII, E-
lectoris & Marchionis Brandenburgensis
Consiliario dignissimo:

Item:

Amplissimis ac Prudentissimis Viris, Sapiencia
virtute & multo rerum usu prestantibus Dn:
ANDREÆ THEODORICI, & Dn:
MICHAELI J DENIO, quorum ille in
veteri, hic vero in nova Brenni arce con-
sulatum cum laude gerit,

Mecoenatibus ac Dominis suis omni obser-
vantia studio colendis,

Hoc Thematum σχεδίασμα & benevolentia collecta, & adhuc
colligenda indubitatum τεκμήριον.

D. D.

M. Vdalricus Nagel Brandenb. March.

DISPUTATIO
DE VOTIS MONA-
STICIS.

THESIS I.



*V*emadmodum Pontificiorum ca-
terva Ecclesiam in certas & à se invicem distinctas
partes secans, doctrina sua magnam accessionem
fieri autumat: ita & nos vestigia disceptationis præ-
missæ, quæ primum Ecclesiæ membrum ad verbi di-
vini lancem aliqua ex parte appendit, prementes
quæ Monachorum attingunt turbam, mutua sen-
tentiarum collatione facta, videbimus, ut quam lubricis Adversarij
præsidijs insistant manifestum euadat.

2. Etenim ne fumum vendere iudicentur, unicuique Ecclesiæ Dei
membro sua munia assignantes, Monachos, inter populum civitati san-
ctæ seu Spirituali Hierosolymæ ascriptum, post Clericos, palmarium
seremes certis quibusdam votis Deo divinctos esse fingunt. De illis ut
in præsentiarum agamus necessitas efflagitat.

ἀπαίσεις τῶν μὴ κτισμένων.

3. Atqui ejus generis vota, quæ cum indubitata verbi Deo vobis
norma conspirant, & directe ad Deum, nulla intentione, sed vere, &
debito modo co'endum sese extendunt, in postremis habenda non esse ne-
mini dubium est.

4. Talia enim vota ipsa scriptura serio urget, nos in præceptis Dei
ambulare jubet: utq; corpora nostra Deo hostiam acceptam offeramus
serio contendit, quod Christus semetipsum pro nobis dedit, ut ab omni
iniquitate nos redimeret. & sibi ipsi populum peculiarem bonorum ope-
rum studiosum purificaret.

Deut. 12.
Rom. 12. 1.
Tit. 2. 14.
Col. 1. 22. 23

5. Atque hanc mentem verbo Dei non contrariam nostrarum Eccle-
siarum Doctores cum omnibus Orthodoxis amplexantur, hæc verba in



Apol. Conf. un animi consensus testificationem posteritati commendantes : Sentimus
Aug. de Vo. licita vota servari debere.

836. tis Monast. 6. Idem quoq; & Divus Augustinus, cum Theologis VVirtenbergen.
August. Tom. sibus asserere non erubescit, super hae Psalmi verba : Vovete & red-
8. oper. sup. dite : scribens ; Quisq; quod potest voveat & reddat. Quod debemus
Psal. 75. fol. vovere ? credere in illum, sperare ab illo vitam aeternam, bene vivere

secundum communem modum-

7. Simili ratione ut nos totos ab ijs, quae cultum divinum impedi-
unt, & nos Deo exosos reddunt, abdicatos divinis rebus consecremus,
atq; omni virtutum generi animum nostrum applicemus & iustum &
rectum est.

8. Qui enim Deo soli, in res mundanas, quae apud impios in magno
Matt. 6.24. precio esse solent, animum abijciens, fidem dare denegat, Duobus Domi-
nis ser viendo, alteri se adjunget, alterum vero odio habebit : Sincerus

I. Cor. 9.27. autem & non fucatus Christianus vero pietatis tramiti insistens, cor-

I. Tim. 4. 7. pus suum ὑποταξάτω, & in servitutem redigit, ne quo modo reprobus

Luc. 21.24 sit : se in pietate exercet & deniq; attendit, ne cor crapula & ebrietate
gravetur.

ῥητὸς μὲν οὖν.

9. In hac ergo questione pedem figimus : VTRUM VOTA
MONASTICA SINT CULTVS DEI, & SINE EXI-
MIA IMPIETATIS NOTA RESCINDI NE-
QUEANT.

ἐκθεσις τῶν διδασκάλων.

10. Voti, gratia cuius religiosi ad perfectionem in defesso studio a-
spirare conantur, ἰδιότης & naturam definitione concinna Bellarmi-
Bell. lib. 2. nus explanat : Votum est religiosa promissio alicujus ex-
de Monach. cellentioris boni, Deo facta, libera voluntate. Quam &
cap. 14. iisdem feré verbis Lombardus refert.

Magist. Sen. 11. Unde ipsam ῥητὸς μὲν οὖν non de omni voto, sed eo tantum, quod
lib. 4. Dist. Monachi venditant, sibiq; hac in parte plus iusto abblandiuntur, accipi-
38. endum esse constat.

12. Nam Iesuita Votorum Monasticorum ἡωσιματά & ὁμοίω
evolvens, ea cum ad excellentius Bonum collineare, tum in Deum singu-
gulari

lari quodammodo, & deniq; ex libera voluntate proficisci sua definitio-
ne innuit.

13. Quod si ad Excellentius Bonum se extendunt, vota vulgaria
ad rigidam mandatorum Dei observationem astringentia longo inter-
vallo post se relinquunt.

14. Atq; ut mens Papicelorum Monasticae vitae, propter Votorum
εξοχλῶ & praestantiam unice inbiantium, in propatulo sit, age quodnam
excellentiis horum vota intendant, rebus κατὰ φύσιν voluntatis, ex-
pendamus.

15. Id vero, in Roberti quisquiliis discutiendis exactius inquiren. Bell. lib. 2. de
tes, perfectionem, ad quam Rasa cohors collineat, esse perspicimus. Monach. c. 2.
Subdit enim: Hac ratione Deo nos totos tradimus, quando
tradimus animum, corpus & res externas: nihil enim
habemus aliud.

16. Et sequentibus, quod in Monasticis votis scrupulose indagamus,
in apertum Iesuitica εἰδωλομακείας acerrimus defensor profert: Tra-
dimus autem animum per obedientiam, res externas per
paupertatem. Item per has virtutes removentur omnia
divini amoris impedimenta.

17. Porro finem, in dicto autore, initio combinantes, caritatem de-
mum ipsam τελειότητα, respectu ad homines in alio quodam vitae genere
constitutos habito, omnibus muneris absolutam esse nobis persuadea-
mus, praemittit enim: Veram perfectionem in caritate con-
sistere. Caritas enim hominem cum Deo maxime unit.

18. Idq; quomodo Monachorum cœtui, præ aliis conveniat, qua-
tuor perfectionis gradus, ex Thomæ Aquinatis opusculo de perfectione,
huic negotio accommodata, planum reddunt.

19. Atque ab hac sententia pontificiæ sedis Antislites non abhor-
rent. Sic enim Monachatum delineant: Tales [videlicet perfectam
caritatem habentes] fuere olim Monachi, qui carnis illece-
bras respuentes, ab omni studio mundanarum rerum a-
versi, suos amores in cœlestibus optandis conferebant ac
in illa cum Deo gratia conjunctioneque nullis vel carnis
desiderijs perturbati, ad iustitiæ divinæ similitudinem quam proxime
accedebant.

Hof. in Conf.
Cathol. fidei
Christ. c. 74.
fol. 151.

Bell. lib. 2. de 20. Hinc opera supererogationis, quæ Pontificij jactitant, eaq; alijs
 Monac. c. 6. nundinationem exercentes, ad peccatorum remissionem applicant.
 Anton. part. 21. Hinc Stanislaus Hosius satisfactionem in hunc modum describit:
 3. tit. 16. c. Satisfacere est, quantū offendisti Deum peccando, tan-
 4. §. 3. tum dare operam ut eum tibi placatum reddas, non tan-
 Hosius in tum à peccatis abstinendo, verumetiam indebita quæ-
 Conf. Catho. dam opera faciendo.
 fid. cap. 48. 22. Ubi advertendum, Pontificium Doctorem ad opera indebita di-
 fol. 75. gitum intendentem, Monasticæ vitæ perfectionem omnibus de meliori
 Idem tradit. nota commendare.
 Bell. in Iudi. 23. Sed ne quis hinc perfectionis ad legem divinam καὶ ὑπόθεσις
 cio de libro [quæ & Apostolus Paulus urget, Dilectionē legis impletionē esse docens]
 concord. fol. 95. ou καὶ ὅλον mentionem fieri arbitretur, operum merita à Romanensi-
 Rom. 13. 10. bus ad vitæ æternæ hereditatem consequendam introducta prohibent.
 Hos. in conf. 24. Pontificius enim antea dictus hoc caritati elogium tribuit:
 opinionis ju- Cæterum numisma nostrum charitas est, quæ precium
 stitiam inhæ- actibus nostris imponit.
 rentem ne- 25. Atque hæc votorum Monasticorum faciem plus satis dete-
 gantis f. 148. gunt.
 Deut. 11. v. 26. Porro λατρεία in themate antea constituto accipimus eam,
 13. 1. Sam. quæ in Deum corde non ficto, sed vero, non fucato sed sincero unice re-
 12. 20. 24. cumbit, & verè pios, ut ipsi Iehovæ debitum honorem præstent, in ve-
 Deut. 12. ritate eidem serviant, à malo recedentes bonum operentur & in præ-
 ceptis Dei ambulent, allicit.
 27. Iehovam enim Deum nostram toto corde & anima nostra co-
 Deut. 10. 12. linus, ambulando in omnibus viis ejus, custodiendo ⲓⲃⲏⲛ Iohovæ &
 13. statuta quæ ipse præcipit nobis.
 28. Etsi autem ex Pontificiorum fece quidam nobis votorum Mo-
 nasticorum ἑσπῆσεν ἰσοτῆτα ratione cultus divini, exacti us aliquantò per-
 Hosius in ex- cultus Dei cœlibatus aut Monachatus sed est ad colendum De-
 plicat. Cath. um via quædam expeditior: tamen hanc καὶ ὁ ἴδιος Bellarminus,
 fid. cap. 38. imo & ipse Hosius cap. 19. de ceremoniis fol. 185. confodit.
 fol. 165. 29. Nam, parasceve ad sequentem de votis assertionem præmis-
 sa, Iesuita hoc παράδοξον sibi propugnandum eligit: Omne quod fit
 ex

ex voto, etiam si alio qui à Deo non sit præceptum, verè Bellar. lib. 2.
& propriè est cultus Dei. de Monachi.

30. Cæterum alteri questionis propositæ membro Antagonistæ suum cap. 16.
calculi ἀποφαλικῶς adyiciunt. Sic n. de continentia voto Hofius docet:

Quamobrem nemini dubium esse debet, si quis Virginali lib. 4. Trad.
aut vidualem siue continentiam voverit conjugalem fol. 294.
eum utrumque præstare teneri, neque licere post emissum continentiaæ votum matrimonium cuiquam contrahere.

31. Proinde nos Bellarmini generalem & specialem de votis σκευῆς
ἐξαρτῶν, paupertatem, continentiam, ac obedientiam (quæ Monachorum propria sunt) uno eodemq. Disputationis filo pertexemus, atq.
vota Monastica nullam cultus divini rationem habere, & relictissime
solvi posse demonstrabimus.

κατασκευῆ.

L O C V S I.

32. Non facietis juxta omnia, quæ nos hic facimus hodie, singuli quicquid rectum est in oculis suis: Quicquid ego præcipio vobis, custodietis ut faciatis, non ad- Deut. 12. 7.
des ad illud, neq; diminues ex eo: Ac Propheta David verum Deut. 4. 2.
veri Dei cultum sic determinat: Tunc non pudore afficiar, cum solum respexero ad præcepta tua. Ps. 119. 6.

33. Ad proterviam Pontificiorum retundendam sic concludimus:
Omnis cultus divinus præceptis à Deo promulgatis determinatur:

Monastica vota præceptis à Deo promulgatis non determinantur.
Ergo Monastica vota non sunt cultus divinus.

34. Primam præmissarum ἐπεὶ ἡ ἀπόφασις esse cuilibet ad thesin 32, oculos reflectenti obvium. Homines enim veram cultus divini rationem affectantes, ad seriam mandatorum suorum ἀνάγκη Deus tantum remittens, omnem ἐπιθελομένην κείαν excludit.

A 3

85. Al.

Bellar. lib. 2. 35. Alteram Romanenses & cum ipsis Iesuita non explodunt. Si de Monach. quidem Monachatum non præcepta, sed Evangelica consilia, ad perfectionem ducentia, esse gloriantur.

36. Etsi autem hæc, de quibus nobis sermo est, vota, usdem consiliorum Evangelicorum nomen adjudicantes, immoto scripturæ fundamento aliquatenus nisi haud obscure innuunt: tamen hac in parte ipsi cæci cæcorum duces hominum mentibus tenebras plus quam Cimmerias offundunt.

37. Nam si βελήματα ista se ad præceptora Dei [ob hanc enim causam sibi hoc nomen vendicant] indirectè reflectentes, à Christo, quod expeditissimam viam ad æternæ vitæ perfruitionem patefaciunt, nobis unice commendarentur, utiq; eandem cum mandatis faciem referre deberent.

38. Pontificiorum igitur, hoc κρησφύγετον instar oraculi Delphici venditantium, futilitatem hic syllogismus arguit:

Si vota Monastica consiliorum Evangelicorum nomine veniunt, præceptis aut erunt perfectiora aut imperfectiora.

Ob hanc enim causam hoc elogium merentur.

Sed neutrum esse potest. Ergo, &c.

39. Si ipsis præceptis sunt perfectiora, Deus, quod imperfectius, sub interminatione æterni supplicii urgens, perfectius δυνάστον esse statuit, justitiæ argueretur. Id quod absurdum. Inquit enim: Estote ergo perfecti ut pater vester in cælis perfectus est. Sin præceptis imperfectiora dicuntur, nomen ipsorum & definitio in auras evanescet.

40. Adde quod paupertatem & continentiam non simpliciter, sed certa conditione interveniente, omnibus Salvator commendat. Nos enim facultates, agros, domos & alia, si verbi divini professio, his retentis, abijcienda esset, relinquere jubet. Id quod σωπείρα cap. 19. in

38. Matthæo planum reddit. Subdit enim CHRISTVS: propter nomen meum.

41. Cælibatum quod concernit, ei, nisi de continentia, quæ particulare domum est (Non enim omnes capiunt hoc Matth. 19) certus sit, omnis se addicere prohibetur. Siquidem laqueum nemini injiciendum esse Apostolus monet. 1. Cor. 7.

42. Et præterea gentium Doctor certas cælibatus ineundi conditiones, quæ certam personam & ἰκωνότητα quandam respiciunt, annu-

ctens.

Etens, eundem omnibus communem minimè facit. Qui enim 1. fiat
in corde suo, 2. nec adigitur necessitate [Hæc autem est neces- 1. Cor. 7. 37.
sitas ut quis in quo Vocatus fuit, in hoc maneat] 3. Sed in potestate
habet propriam voluntatem & hoc decrevit in corde suo ut servet vir-
ginitatem, bene facit.

43. Quotus verò quisq; est, qui in potestate habeat propriam vo- Rom. 7. 23.
luntatem? cum & filij Dei Spiritu sancto ducti, se aliam legem in mem-
bris suis legi mentis ἀλλήλων τῶν μέντων, & ipsos legi peccati captivan-
tem videre anxie quiritentur.

44. Atq; idem Bellarminus in sua causa perniciem dissimulare ne- lib. 2. de Mo-
quit, Apostoli Pauli verba calibatam cap. 7. prioris ad Corinthios in- nach. cap. 9.
formantia sic explicans: Non monet Apostolus, ut omnis,
cui inest periculum fornicandi, uxorem ducat: Nam tunc
omnes deberent uxorem ducere. Illis enim, qui continentia donum ha-
bent, periculum fornicandi inest, cum possint donum illud amittere &
vinci aliquando tentatione. Sed his missis ad locum pergimus secun-
dum.

L O C U S II.

45. Saulem, Amalekitis ad interneccionem usq; deletis, Propheta
Samuel sic affatur:

Ut quid non parvisti voci Iehovæ sed te convertisti ad Spoila & 1. Sam. 15.
fecisti malum in oculis Iehovæ? 19. 20.

Respondet Saul Samueli: Imo obtemperavi voci Iehovæ & am-
bulavi per viam, per quam me misit Iehova:

Tulit autem populus de spolijs pecorum & boum præcipua Ana-
thematis ad immolandum Iehovæ Deo tuo in Gilgal.

Dixit autem Samuel: Nunquid voluntas Iehovæ est in holo- v. 22.
caustis & victimis ut in obtemperando voci Iehovæ? Ecce parere quam
sacrificium melius est, auscultare quam adeps arietum.

46. Hæc & affine est illud: Reddidit Michæ matri suæ mille centum Ind. 17. 3.
argenteos, dixitq; mater ejus: Sanctificando sanctificaveram argentum
illud Iehovæ de manu mea filio meo, & ad faciendum 723.

47. Hoc Matris Michæ factum sub incudem verbi divini Psalmi-
sta revocans, ejusmodi τὸ ἴδιον in medium statuit, idemq; sovit: In
quo mundabit puer viam suam? Si custodiat eam juxta Psal. 119. 9.
verbum tuum.

B

48. Ariete



38. *Ariete autem sequenti Monachatum superstitionibus multis. scatenem concutimus.*

Nulla intentio bona extra verbi revelati praescriptum ad Deum colendum directa divinus est cultus.

Omne votum Monasticum est intentio bona extra verbi praescriptum ad Deum colendum directa.

Ergo nullum votum Monasticum est cultus divinus.

39. *Majorem dignitatem cum Psal. 119. aphorisma thesi 43. expressum fulcit, tum Samuelis de ipsius sacrificio, cui pecora optima Amalekitarum destinabantur, iudicium luce meridiana clariorem reddidit.*

Vide vers. 1. 50. *Etenim juvenem summum Deo cultum prestare Propheta David demonstraturus (is enim unicus Psalmi antea dicti scopus est) non intentionem, sed verbum, quod mandatorum divinatorum observationem urget, cultus istius indubitata Regulam constituit.*

51. *Et ne quis rem omnem ad vivum refecans particulam SOLAM in noemate Prophetae desideret, Esaias eandem rationem dicit ad deum, veri Dei cultores sinceros ad verbum astringit: Ad Legem & Testimonium, si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.*

52. *Deinde & Saulem sacrificio optimorum pecorum, pro felici victoria, ipsi Iehovae canere exoptantem; & matrem Michae argentum a filio acceptum Deo Israelis consecrantem, solum veri Dei cultum intendisse perspicuum est.*

53. *Hoc tamen non obstante, eidem Deo non honorem detulisse, sed ignominiae maculam inuisse perhibentur.*

54. *Assumptum operosa probatione non indiget, quod huic sententiae Pontificii & Iesuitae vota e praceptorum numero exterminantes, haud in viti accedunt.*

Bell. lib. 2. de Monach. cap. 16. 55. *Siquidem in huic modum votorum proprietatem tradunt: Haec est natura voti ut rem alioqui non ordinatam ad Dei cultum, ordinet ad cultum Dei. Id quod non nisi ex mera intentione fieri est necessum.*

In Conf. fid. Cath. cap. 21. fol. 125. 56. *Et totum idem & Hosius adorat: Quamobrem non quid offeratur ad colendum Deum, sed qua mente offeratur attendit Deus, Nam si bona est intentio, quod agitur, bonum, si mala, quod agitur, malum.*

57. Et sanè si paupertatem, continentiam & obedientiam expe-
dicam ad Deum colendum rationem esse solummodo contenderent, non Bellar. 2. de
tam grandem illis dicam scriberemus. Iam autem & has virtutes ut de Monach.
opera meritoria suspiciunt, omnibusq; legis divinæ præceptis longè su- cap. 9.
periores esse statuunt.

58. Quis ergo pro gloriæ Dei vindicatione cum Adversariis non
digladietur, illisq; Diaboli tela, quibus se tuentur, straminea e manibus
non extorqueat?

LOCVS III.

59. Salvator Phariseorum & scribarum doctrinam in populo Iudaico Matt. 23. 7.
disseminatam hac πρὸς φωνίσει ferit: Hypocritæ bene de vobis 8. 9.
prophetauit Esaias dicens: Appropinquat mihi populus Esa. 29. 13.
hic ore suo & labiis me honorat, cor autem eorum pro- Marc. 7. 6.
cul à me abest.

Frustra me colunt docentes doctrinas mandata hominum.

60. Et Paulus colossenses contra futuras hæreses armat: Videte
ne quis vos sit σὺλαγωγῶν per philosophiam & inanem de- Coloss. .2. 8.
ceptionem κατὰ τὰ παραδόσια hominum & egena mundi ele-
menta & non secundum Christum. Et porro: Quid vi-
uentes ritibus oneramini: Ne attigeris, neq; gustaris,
neq; contrectâris.

Quæ omnia ipso usu pereunt, præscripta ex man-
datis & doctrinis hominum:

Quæ opinionem quidem habent sapientiæ ἐν ἔθει
δρησκειᾶ καὶ τὰ πρὸς φρονίᾳ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, non ullius
sunt precij ad ea, quibus farcitur caro.

61. Hanc igitur telam in Pontificios libramus:

Mandata & doctrinæ hominum cultus divini appellationem non
merentur.

Vota à Monachis jactitata sunt mandata & doctrinæ hominum.

Ergo, &c.

62. Et quia propositioni, Esaiæ & Christi sermone ritè considerato,
calculus suum omnes libenter addunt, ad Minoris veritatem astruen-
dam nos accingimur.

63. *Eam autem Matthæi & Esaiæ collatio ac harmonia & his ad-
iuncta Votorum Monasticorum deluatio quam rectissime vincit.*

64. *Idq̄ hic Syllogismus te docebit :*

*Quod fidem veram ut fidem sibi non involuit, hominum doctri-
na est.*

Monastica vita fidem veram ut fidem sibi non involuit.

Ergo, &c.

Rom. 14. 23. 65. *Majorem hoc Apostoli Pauli pronunciato stabilimus : Quic-
quid non est ex fide peccatum est. Peccata autem &*

Osea. 13. 9. *omnis generis mala ab homine proficiscuntur. Inquit enim D E V S :
O Israel perditio tua ex te est, salus autem tua ex me.
Ergo veritas Majoris inconcussa manet :*

66. *Quod enim Bellarminus in F I D E U vocabulo ὁμολογία
querens, pro conscientia F I D E M interpretatur, praesidium erroris
Iesuitici plane ficulneum est.*

Rom. 14. 42. 67. *Præcedenti enim versu Apostolus hoc cavillum enervat, in-
quiens. Tu fidem habes : apud temetipsum habe coram
Deo. Et versu secundo ejusdem capitis : Alius quidem credit
vescendum esse, &c.*

68. *Prosyllogismi Minorem Christus Matth. 15. & Esaias 29.
evidentissime confirmant. Nam Phariseorum & scribarum νομολογία
quandam cultus divini speciem præ se ferentem Salvator hominum
Mandata & Traditiones vocat, & idipsum Esaiæ populum Veteris
Testamenti vanis persuasionibus imbutum reprehendentis, testimonio
comprobat.*

Rom. 13. 14. 69. *Etenim manus lavare externa quidem est, quæ à Deo sui re-
spectu aestimata probatur, (corpori enim honorem habere jubemur) sed
Rom. 10. 17. præcepto, quod ad Deum colendum accommodaretur, destituta, fidei
veræ ex auditu verbi nascentis plane expers est, & τὰ ἔξωθεν ἡ
humana appellationem recte meretur.*

70. *Eodem errore Iudæi in Veteri Testamento fascinati, novam
cultus divini formam introducebant, aras extra Pomeria Ecclesiæ Hie-
rosolymitanæ extruebant.*

71. *Similem faciem Monachorum vota nonne referunt ? nonne iis-
dem, quibus Phariseorum Traditiones, proprietatibus gaudent.*

72. Pha-

72. Pharisæorum & Seniorum populi Iudaici, de Sextariorum, poculorum manuumq̄, ante cibum sumendum, lotionem traditio à vero verbi tramite deflectebat, quod cor Pharisæorum & Scribarum, ut ex 8. capitis 15. versu liquet, à Deo aversum erat. Est autem cor à Deo aversum, quod fide vera vacuum reperitur. Corde enim ad justiciam creditur.

73. Quis autem hoc Traditionis humane ὑπόμνημα Monasticae vitae, juxta omnes partes, accommodatum non videt? Siquidem in hoc Rom. 10. 10. Monachorum cor à Deo aversum, quod, supra & præter mandata divina, se Deo obstringunt & religionem singularem. verbo Dei non expressam Ecclesiae affricant.

74. Quod si Pontificii Monachatum egregia quadam animi præparatione divinitus nobis commendata ad Dei cultum collineare excipiunt, idem quoq̄ Traditionibus Pharisæorum quadrare deprehendent.

75. Nam Pharisæi δεσπονεῖαν quandam Quarto Decalogi præcepto Matt. 23. 3. longè excellentiorem comminiscens, liberos de bonis suis ritè partis, Marc. 7. 11. nulla parentum ratione habita, sacrificia Deo rectius offerre decreverunt.

76. Quam legem Christus, hanc animi præparationem ne pili quidem faciens, propterea quod nullo Dei præcepto nitebatur, hominum mandatis equipollere asserit.

77. Atq̄ quod hic quaeritur, Divus Apostolus ad oculum quasi demonstrat. Hominum enim doctrinas & ἐδολογῶσιν definit, quæ certis ritibus, videlicet ciborum delectu & rerum quarundam contumelatione prohibita absolvitur, nullum corpori honorem habet, & ἐπὶ ταπεινωφροσύνῃ καὶ ἀπειθῆσιν σώματι & consistit.

78. Quid expressius de paupertate, celibatu & obedientia Romanensium dici posset? Num enim eos rigida votorum observatione haud vulgarem ταπεινωφροσύνῃ & ἀπειθῆσιν σώματι ostentare dubitas?

79. Nam præter continentiae votum, quod mordicus tenent, Monachi voluntariam subeunt paupertatem, jejuniis corporis vires exhauriunt, se in cibo ac potu judicari patiuntur.

80. Unde Monasticam vitam vere fidei non consortem esse, omnibus summam cogitationum antea conceptarum facientibus persuasum esto.

81. Atq; his ita jam constitutis. Monasticis votis nuncium recte mit-
si sua sponte sequitur.

82. Qua autem ratione quis Voto secundum verbi divini normam
suscepto inhiare, non immerito possit, Divus Lutherus plus satis edocet.

83. Vberiori igitur declaratione supersedentes, ipsius ἑνωτικῶν ar-
gumenta subijcimus.

ἑνωτικῶν.

ARGUMENTVM I.

84. Si Monastica vota veram cultus divini
rationem sanciunt, duo, quibus Deo cultus debi-
tus praestatur, modi emergent.

Sed hoc esse non potest. Ergo nec illud.

85. Hypothesis Majoris demonstratur. Alter enim modus praece-
ptis, alter consilii Evangelicis votum includentibus positus erit.

86. Assumptum Paulus urget:

Eph. 4. 4. 5. Vocati estis in unam spem vocationis vestrae: V-
nus Dominus, una fides, unum Baptisma. Fidei

Ab. 11. 4. autem voce cultus divinus notatur, quod per fi-
dem perfectius sacrificium Abel obtulit Deo, quam
Cain.

ARGUMENTVM II.

87. Si Monachorum vota veram omniumq;
perfectissimam cultus divini rationem habent, o-
mnes vitam Monasticam recte profiteremur. Sed
posterius est falsum. Ergo & prius.

89. Majorem non repudiamus, quod omnes ad perfectionem contem-
dere jubemur.

89, Minor

89. Minoris veritas est manifesta. Contrarium enim statuentes, alia vita genera, cum ad societatem humanam tuendam, tum ad hominum multiplicationem & Ecclesie propagationem facientia, contra expressa sacrarum literarum testimonia, execraremur, & cultus religiosi impedimentum $\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\sigma\omicron\upsilon\pi$ judicaremur.

ARGUMENTUM III.

90. Si Monastica vota cultus divini definitionem ingrediuntur, unusquisque in sua religione, modo veri Dei cultum sibi propositum habeat, salvari potest. Sed hoc $\alpha\tau\omicron\upsilon\sigma\omicron\upsilon\pi$. Ergo & illud.

91. Ipsius Majoris $\epsilon\omega\delta\epsilon\sigma\mu\omicron\pi$ hanc rationem substernimus. Rasa enim cohors suam intentionem, nil aliud quam Deum vere colendum respicientem, Monachatus fulcrum unice ponit, & hoc modo ad salutem eternam aspirat. Id quod omnes quoque haeretici arripiunt.

92. Minorem Apostolus Petrus cum Magistro suo confirmat:

Nec est in alio quopiam salus: nec enim aliud nomen (quam Christi) est sub caelo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari. Act. 4. 12.
Iob. 3. 18.

93. Quamobrem Monasticorum Votorum dignitatem non admiramur, Lydio Sacrae scripturae lapide nixi, eadem nullam cum cultu divino cognationem habere indubitato statuimus.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

ALCANTARA III

Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.



Theses de animarū statu post mortem.

Theses de Ecclesiā triumphante.

De sanctorū reliquijs et imaginibus eorū cultū, ceterisque eo spectantibus.

Them. Theol. de Sacramentis in gr̄.

De notitijs Dei et voluntatis ipsius humanis animis nā infitis et disciplinā ex cultis, D. Hofmanni, B.

Thesi de iustificatiōe hominis peccatoris coram Deo D. RUNGII.

Prop. de iustificatiōe gr̄a Flacianos Joh. Ferriarii.

Assert. Theol. de iustificatiōe hoīs coram Deo, Polyc. LYSERI.

Prop. repetentes summa dōe de iustitiā fidei ab opibz, M. Helsen, & M. Berzii

De Ecclesiā triumphante in caelis disputatiōnes 2, quā una de sanctorū in vitā aeternā habitudine agit M. Volkmari, altera de sanctorū cultū agit, M. Cameri.

Disp. de Providentiā Dei Wolfii.

Disp. 1. de Turcā ex c. 38 & 39 Ezob. in quā explicant. p̄st. 3.

1. qd fit qoz Magoz, Babil, Mesob. 2. qd p̄ hoc vocab. Turca significant
3. qd Turca sint flagella quō Deo castigat Ecclesiam. D. Salom. GESNERI.

Disp. altera de Turcā ex c. 38 & 39 Ezob. tota in refutandō duobz cap. posita, qd GESNERI.

Disp. 2. de Turcā, in quā tractat 1. de tempore ultima irruptionis Turcā in Ecclesiam. 2. de populo ad loca dōe ubi ista evenient. 3. Cuias ob cuias Turca Christianis immittat. 4. Cuiā rāone sit repri. mēdō. 5. Quo pacto et qbz armis tandem medietate fūditū sint delendi, qd GESNERI.

Prop. de Ecclesiā, HUNNII.

Thesi de Predestinatiōe D. FREDERI.

Dōe de reali communiōne idiomatū in unā P̄sonā Dni, M. Berndes.

Dōe de Baptismo capite papia D. RUNGII.

Thesi de Sacramentis in gr̄ GESNERI.

Them. Theol. de orali corporis Dni in cenā manducatiōe dicitur Eucharistia D. GESNERI.


Them. Theol. de communiōne idiomatū reali tertii gr̄i, D. GESNERI.



mari qui etia
cus iudic; e uuu
pnipis regnu
necit addoceru
larie omi ereiat
Eom
aũ m. facti stat
soluerat nabuch
re et p. n. am
ter. VOIIS
eub; et lingu
audierat cont
et fabule. et e
huc et p. fal
nie. et u. uul
fioz. caent. n
dram. aut
to nabuch. et u
quis aũ no
raute. ad. tou
dram. aut
quait
allora. omni



THESES
 DEVOTIS
 MONASTICIS
 Quas aura numinis divini aspirante,
 CONTRA PONTIFICIOS.
 Ad disputationem XXII. in Collegio Studiosorum
 Theologiae privato ad XXI V. Martii in-
 stituendam proponit
 M. VDALRICVS NAGEL
 Brandenburgensis.
 Respondente
 M. CASPARO PAMLERO
 Reichenbacensi,



VVITTEBERGAE, Literis VVolfgangi Meisneri.
 ANNO cl. lo. IVC.

